



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam
ad majorem omnium in Ascensi proficere cupientium utilitatem ac
subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 4. De Inferno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48214)

ad evitandas Purgatorii pœnas efficax esse remedi-
misericordiam animabus præstitam; hæc enim facta
& ipsæ animæ liberatæ pro nobis efficaciter orant
nos digni efficiamur, similem illi, quam exhibuit
misericordiam experiendi.

§. IV.

De Inferno.

I. Est locus subterraneus impœnitentibus
damnatis Angelis & Hominibus pro supplicio dep-
tus, in quo est omnis boni absentia, omnis mali
sentia, omnis pœnæ indefinita; de quo tria bene-
tanda sunt Ascetæ.

II. Primum est, ut firmiter credat, quod Ec-
clia & SS. Patres de qualitate, quantitate, & æternitate
infernæ pœnarum credendum proposuerunt, & in
in finem discursus S. Gregorij proderit sic loquens
esse Sanctorum animas in cælo, sacri eloquij satisfac-
ne credidisti, oportet, ut per omnia esse credas &
quorum animas in inferno, quia ex retributione
næ justitiæ, ex qua jam justis glorificantur, necesse
per omnia, ut & injusti crucientur; nam sicut electorum
beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod in
exitus sui ignis reprobos exurat.

III. Alterum est, ut bene apprehendat æquiti-
tem hujus pœnæ: quæ potissimum ex obstinatione
luntatis desumitur; cum enim voluntas damnati, ut
quitur S. Gregorius & Innocentius, licet a miseris po-
statis affectum, semper tamen retineat malignitatis
fectum, voluissetque sine fine vivere, ut sine fine
tuisset in iniquitatibus permanere, justum est, ut

in suo æterno peccavit in DEUM, in æterno DEI
punietur.

IV. Tertium est, ut licet præcipuè studere de-
beat, ut ad omnes actiones suas ex purissimo DEI a-
more moveatur, non omittat tamen etiam ex inferni
consideratione solidos aliquot fructus referre, qui qui-
dem triplex est potissimùm. 1. Ut timore inferni,
tanquam efficaci freno utatur, per quem se ab omni
peccati periculo cohibeat; nam, ut sapienter S. Bernar-
dus dixit, hæc qui pavet, cavet; qui negligit, excedit.
2. Ut per ejusdem inferni considerationem te ad pa-
tientiam extimulet; quæ enim quisque gravia valde
patitur, inquit S. Augustinus, in comparatione æterni
ignis non tantùm parva, sed nulla sunt. Et alibi: quis
non bibat temporalis tribulationis poculum, metuens
ignem gehennarum? & quis non contemnat dulcedi-
nem sæculi, inhians dulcedini vitæ æternæ? majore
timore minora contemnimus, & majore æternitatis cu-
piditate, omnia temporalia fastidimus. 3. Ut arden-
tem in se zelum animarum excitet, videns, in quanti
mali periculo versentur peccatores, ex quo, si posset,
etiam canem liberaret.

§. V.

De Beatitudine.

I. Est status omnium bonorum aggregatione
perfectus; in quo, ut S. Bernardus dixit, nihil est,
quod nolis; & totum est, quod velis; de qua proin pa-
riter tria advertere debet Alceta.

II. Primum est, ut bene cognoscat naturam &
essentiam Beatitudinis, quod scilicet consistat in per-
fecta